



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no. Maij.**

Post prandiu[m]: de discordie vitio. Sermo. xxxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

ascendere speculā: de qua omnē itāliam  
 cernerē: oēs q̄ meā vocē possent audire  
 p̄fecto clamare. O itālia plāge: o itālia  
 timore itālia caue ne p̄pter obstinatio-  
 nem tuā in te deserviat ira dei. Vocavit  
 ipse se multis annis: dotavit amplis be-  
 neficijs. Misit ad te predicatorē suos.  
 Terruit te signis et prodigijs. Sensisti  
 terremotus: pestilētijs: et tēporū sterile  
 conditionem. Cominatus est tibi deus:  
 Sic certe hoc fecit vt te induceret ad  
 penitētiā. Et tu indies durior efficiaris  
 in peccatis: malicia perseverando. Fiunt iā  
 vbiq̄ vsure publicę. Oia fedata sunt  
 spurcissimis vitijs carnis et ignominios  
 se sodomie. Supbia p̄parū iā occupat  
 oēs ciuitates et terras. Blasphemie  
 dei: periuria: mēdacia: iniusticie: violentie:  
 oppressiones pauperū: et similia sus-  
 perabūdāt. O itālia decora: regio diuini  
 t̄is plena. Noli contēnere deū: noli ex-  
 acerbare maiestātē ei⁹. **¶** Tertiu signū  
 p̄pinq̄uitatis ire dei dicit p̄phetarum  
 annūciatio. Cognoscim⁹ p̄pinq̄uas dei  
 irā q̄ p̄ p̄phetas suos de illā pronun-  
 ciat. Dieb⁹ aut̄ istis multa dicuntur pro-  
 nūciata per sanctā Bugidā que spū da-  
 ruit p̄pheticō: per sanctū Methodiū:  
 et p̄ nonnullos alios. Ego aut̄ qui dicta  
 ip̄sōz etiā originaliter legi: cū illa clare  
 non intelligā: non audeo quicq̄ temere  
 diffinire. Vxor: t̄i omnes populos vt  
 cessent a via sua mala: ne forte si in illa  
 p̄seuerauerint: repente supueniat ira et  
 indignatio dei: a qua ipse nos liberet q̄  
 est benedictus et laudabilis per infini-  
 ta secula seculoz. Amen.

**¶** Dñica Oculi infra diē de vitio et peccō  
 discordie: qd̄ nullo pacto stare pōt cum  
 veritate p̄nie: ob qd̄ penitētes ab illo si-  
 bi maxime cauere debēt. Sermo. xxxix.



**D**ne regnuz

in se diuisum desolabit:  
 et domus supra domū ca-  
 det. Verba sunt redem-  
 ptoris n̄i originalit̄ Lu.

17. c. et in euāgelio presentis dñice. Non

potuit efficacius aut clari⁹ explicari q̄  
 perniciosum sit malū aut graue discor-  
 dia dānata q̄ in verbis dñi nostri iesu  
 xp̄i que dixit cōtra p̄bariseos. Et is sua  
 fuisset intētio ostēdere demones cōcor-  
 des esse ad oēm maliciam hoīm q̄ per  
 ditionem: verū t̄i nos intelligimus dis-  
 sensioēs quelibet regna validissime ex-  
 terminare. Ad hoc aut̄ astut⁹ diabolus  
 innitit: vt charitate abiecta cum discor-  
 dijs: odijs: et dissensionibus deū oipotē-  
 tem offendamus. Expropter p̄ vtilitā-  
 te penitentiū in presenti sermone cōtra  
 discordie vitiū filiū nostrū exacuemus:  
 qm̄ redēptor n̄r amaruz illius effectū q̄  
 est regnoz desolatio apparuit in ver-  
 bis allegatis in themate: in quibus de  
 discordia tria mysteria declarādavi dely

- Primū d̄: ouginatio.
  - Secūm distinctio.
  - Tertiū d̄: offensio.
- ¶** Tres possunt esse radices vel origi-  
 nales cause dānabilis discordie: vana  
 gloria: videly auaricia: vel stulticia siue  
 leuitas. Cap. f.

**¶** Primū mysteriū declarādū  
 de discordia dicitur origina-  
 tio. In quo videndū est que  
 sunt discordie originales cāe

- Et assignari possunt tres cause.
- Prima d̄: vana gloria.
- Secūda d̄: auaricia.
- Tertia d̄: stulticia.

**¶** Prima causa discordie d̄: vana gloriā  
 s̄m em̄ Grego. xxxij. moral. discor dia est  
 vane glorie filia. Nā vt dicit Tho. ij. ij.  
 q. xxxvij. discordia importat quandam  
 disgregationem: volūtatum: inquantū  
 scz voluntas vnius stat in vno: et volun-  
 tas alterius stat in altero. Qd̄ aut̄ volū-  
 tas alicuius in p̄prio sistat: puenit ex  
 hoc q̄ aliquis ea q̄ sunt sua p̄fert his  
 que sunt aliorum. Qd̄ cum inordinate  
 fit: pertinet ad inanem gloriā: et ad su-  
 perbiā. Et s̄m circūstantias pōt esse  
 peccatuz mortale aut veniale. Sed ali-  
 quis posset arguere qd̄ discordia nō est  
 peccatuz. Nam Act. xxij. Paulus pos-



## Domínica Oculi.

fuit discordiam inter phariseos et saduceos: quod non fecisset si fuisset peccatum. Itē dicitur Actuum. xv. Facta est dissensio inter paulum et barnabam. Sed Thomas respondit ad primum quod causare discordiam per quam tollitur mala concordia est laudabile: hoc modo fecit paulus. Christus etiā de seipso dicit Mat. x. c. Non veni pacem mittere: sed gladium. Ad secundum dicit Thomas: quod discordia que fuit inter paulum et barnabam fuit peccata et non perse. Uterque enim intendebat bonum: sed vni videbatur hoc esse bonum: alij aliud. quod ad humanum defectum pertinebat: nec erat talis controversia in his que sunt de necessitate salutis. Sed hic oritur vnum dubium vnum auditorum diversorum magistrorum tenentium diversas opiniones excusentur a peccato si opiniones suorum magistrorum tenent quam non sunt bone. Et respondet Thomas in quolibetis: quod si diverse opiniones doctorum sacre scripture non sunt contra fidem vel bonos mores: absque periculo auditorum utraque opinionem sequi potest. Sicut varia fuit opinio inter Augustinum et Hieronymum de observatione legalium ante divulgationem euangelij. In illis vero que pertinent ad fidem vel bonos mores: nullus excusatur si sequatur erroneam opinionem alicuius magistrum: in talibus enim ignorantia non excusatur. Alioquin immunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionem Arii Nestoris: et aliorum heresiarcharum. Nec possunt excusationem habere propter simplicitatem: si in talibus opinionem erroneam sequantur. In talibus namque dubijs non est de facili prestandus assensus: sed potius ut dicit Augustinus in. iij. de doctrina christiana. consilium re quis debet regulam fidei quam de scripturarum planioribus locis et ecclesie autoritate perceperit. Qui ergo assensit opinioni alicuius magistrum contra manifestum scripture testimonium: siue contra illud quod publice tenet secundum ecclesie autoritatem: non potest avitio erroris excusari. Concordat Donaldus et Do-

stienfis. Aliqua tamen sunt que aliqui fuerunt in varia opinione doctorum antequam per ecclesiam fieret determinatio. Et pro illo tempore potuerunt excusari qui vna vel contraria tenebant. Sed postquam determinatum est per ecclesiam et firmata altera earum hereticum esset contrarium sentire: sicut est exemplum de paupertate christi. de qua ante Job. xij. erant varie et contrarie opiniones vtrum christus cum apostolis habuit aliquid in communi. Sed determinatum fuit per ipsum Johannem. xij. immo per ecclesiam quod habuit: eo quod Job. iij. dicit: Discipuli eius abierunt in civitatem ut cibos emerent. Et Job. xij. iuda dicitur: Fur erat: et loculos habebat ea que mittebantur portabat. Et hoc ipsum dicitur. xij. q. i. c. habebat. Que ergo contrarium assereret pertinaciter hereticus haberet. Adde et Hostiensis. quod sunt diversa iura et opiniones: scilicet nec contra deum nec bonos mores: humanior sententia est preferenda ceteris partibus quod standum est ei qui meliori innititur ratione. dist. xx. c. i. et ex de sermo. c. capellanus. Adde etiā quod in his que concernunt conscientiam in dubijs tutior via est eligenda. ex de sponsalibus. c. iuvenis. Nec de facili contraria opinio est reprobanda. Secunda causa discordie dicitur avaritia. Inquit Seneca in libro de quatuor virtutibus. Quierissime viveret homines si per terram si hec duo pronomena tollerentur meum et tuum. Et Plato in Phedro. Propter pecuniarum possessionem vniuersa bella nobis sunt. Et Salustius in catilinario. Imperij et diuitiarum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt. Et Lucanus libro. iij. Certamen movistis opes. Videmus hoc per experientiam omni die: quando propter avaritiam filius discordat a patre: frater a fratre: et amicus ab amico. Tertia causa discordie dicitur stulticia. Sunt namque multi stulti et leues: qui omnia credunt que a susurrantibus eis dicuntur. Sicut ratio siquidem aptissimum est instrumentum ad discordias seminandas. Propterea



dirit sapiēs Prouerb. xxv. Cum defecerint ligna extinguetur ignis et susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Et Eccl. xxviii. Susurro et bilinguis males dicitur multos em turbauit pacē habētes. Lingua tertia multos comouit: et disperfit illos de gente in gētem. Luitates muratas diuitum destruxit et domos magnatorum effodit. Virtutes populorū cōcidit et gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit: et puuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam nō habebit requiem: nec habebit amicū in quo requiescat. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autē lingue comminuet ossa. hec tibi. Quisnam sufficeret enumerare discordias que exorte sunt inter ciues: inter vicinos: inter dominos: inter populos: inter vxorē et virum: inter fratrem et fratrem propter susurrates. O lingua ignita. O lingua venenata. O lingua immanior et crudelior omni fera pestifera. Tu lingua susurronum instrumentus est diabolicus: tu illius sagitta vulnerans: tu eius acutissimus ensis. Propterea susurratio ponitur inter grauiā peccatā que exerat deo. de quibus sapiēs dicit Prouerb. vj. Sex sunt que odit dñs: et septimū detestatur aīa eius. Oculos sublimes: linguā mēdacē: manus effundētes innoxii sanguine: cor machinans cogitationes pessimas: pedes veloces ad currēdū in malū: proferentē mēdacia: testē fallacē: et eū q seminat inter fratres discordiā. Sed cui pabiles adhuc sunt illi q a susurronibus sibi cauere aut nesciunt aut nolunt.

Quia triplex est discordia dānabilis: scismatice prauitatis: ciuilibus partialitatis et importabilis societatis. Cap. ij.



Secundum mysterium deda randum de discordia dī diuinctio. Distinguit enim triplex discordia dānabilis et periculosa: videlicet

Prima est scismatice prauitatis,  
Secunda ciuilibus partialitatis.  
Tertia importabilis societatis.

Prima discordia est scismatice prauitatis. Est autē scismatitū q̄ q̄s summo pōnifici subesse recusat et in ebus ecclie subiectis cōicare nō vult. Scisma siquē grez cū est nomē qd̄ latine scissurā sonat. vt dicitur. xxiiij. q. j. c. scisma. Est autē peccatū mortale: q̄ dicitur charitati eccliaſtice vnitas. Est autem dīa inter heresim et scisma: q̄ heresim opponit directe et p se fidei: vt dicitur. 2ho. ij. q. xxix. et scisma p se opponit eccliaſtice vnitatis charitati. Vñ Hiero. xxiiij. q. iij. c. inter heresim. Inter heresim et scisma arbitror interesse q̄ heresim puerſū dogma h̄: scisma autē ab ecclia separar. Cōtra scismaticos dicitur in. c. de summa tri. et fide ca. vna est fidelium vniuersalis ecclia extra quam nullus omnino saluatur. et xxiiij. q. j. c. loquitur. Euphianus ait: Loquitur dñs ad petrum. Ego dico tibi: quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo eccliam meam. Super vnus edificat eccliam. Et h̄us apostolis oibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: Sicut misit me pater et ego mitto vos: accipite spiritum sanctū tamen vt vnitatem manifestaret: vnitas eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Ad idem est. c. alienus. c. omnibus. c. quoniam vtus. prefata causa et questione. Sed hic outur vnū dubium. Quid cum duo vel plures sunt in ecclia gerētes se p papa et qlibet eoz habet suā sequelaz. Quis eoz dicit scismaticus cū suis sequacibus. Respondeo aut cōstat aut cōiter tenet: q̄ qlibet eoz intrusus est. i. non canonice electus. Aut constat vnum eoz canonice et rite electū: videlicet a duabus partibus cardinaliū et sine violētia: et postea alius supinductus. Aut dubitatur q̄s illorum sit canonice vel rite electus vnus vel alter. Et in primo casu nullus eoz est papa: sed qlibet eoz est scismaticus cū his q̄ sciēter sequunt ipm: et excoicari sunt ipso facto: et de elec. c. licet. Et de hoc loquit. c. si duo. lxxij. di. vbi dicit: Si duo forte p̄ fas temeritate peccātū



## Dominica Oculi.

fuerint ordinati in summos pontifices nulli ex eis futurū sacerdotē. i. summū pōtifice pmittimus. Sed illū solū in se de aplica pmissurū cōsemus quē ex numero clericorū. i. cardinaliū noua ordinatione diuinū iudiciū et vniuersitatis consensus elegerint. Nec obstat q̄ hoc statuit honoriū augustus et ad imperatorē nō spectat statuere aliqd̄ de electionibus ecclie: sicut nec de rebus alijs ecclesiasticis. vt. xcvj. dif. c. bñ. q̄ vt d̄ in glo. in p̄fato. c. si duos. Honorius fecit illud rogatu ecclie: et ecclia approbavit iō rōne approbationis statutū illud h̄y quasi fecisset ecclia. Qñ ergo cōstat nullū eorū canonicē electū: vt q̄ nō a cardinalibus sed ab alijs in quo casu loquit̄ c. si q̄s ex epis. r. c. si q̄s pecunia. lxxix. di. Vel si a cardinalibus: nō tñ a duabus partibus cardinaliū: vt in. c. licet. c̄ de elec. qui tali adheret de scismaticus est et p̄ cōsiliū puidendū esset cū cardinalibus h̄mōi essent. Als si ipsi cardinales alium eligerēt ille esset verus aplicus. Et nota q̄ ex hoc electio pape simonia ce facta esset a cardinalibus dūmō ala rite cessare nō pōt nec tolli qñ sit verus papa. Et s̄l̄r quātūcūq̄ criminofus et irregularis esset electus: vt dicit glo. in c. si q̄s pecunia. ¶ In sc̄do casu: sc̄y cū cōstat vnum canonicē electū: et postea alius se intrudit: sicut Comelius papa q̄ Fabiano successit et post eum canonicē creatū Nouatianus qdā papa se fecit. vt d̄. vij. q. f. c. factus est. r. c. nonatianus. Tūc primus est verus papa: et secūdus apostaticus et scismaticus cū sequacibus eius. Sic sub Eugenio. iij. factus est scisma tpe beati Bernardi. Nā ipso eugenio rite electo alius intrusus est: s̄y meritis et labore sancti Berni. scisma illud ablatū fuit: remanēte Eugenio in aplica sede. Deinde sub Johāne. xxij. factum est aliud scisma. Nā cū ipse declararet fore hereticos qui assererent xpm nihil habuisse in cōi etiā mobile quidā fratricelli nūcupati de opinione dixerūt ipsum papā Johāne hereticū cū successi-

soibus et sequacibus eius et fecerunt aliū papā Pisis. Hec autē circa annum dñi nongentesimū scisma facientes in hoc sim inciderunt de spūctō dñatam. c. de sum. tri. r. si. ca. c. f. lib. vj. Sed redacti fuere ad ecclie vnitatē tpe Eugenio iij. ¶ In tertio hō casu cū dubiū est q̄s horum duorū sic canonicē electus: q̄ electio primi d̄i facta p̄ metu q̄ cadit in cōstantē virū: q̄suis a duabus partibus cardinaliū postmodū ab eis sic electus sine violētia et metu quocūq̄ sicut accidit casus circa annos. Mccc. lxx. Tūc mortuo Gregorio. xj. cardinales debentes p̄cedere ad electionē successores: vt d̄i fuerūt a romanis cōminati q̄ occiderentur si nō eligerent italicū aliquem. Elegerūt igit archiep̄m barensem: qui tūc erat rome exp̄mētēs ei q̄ eligēdū eum ad vitādū periculū se fingebat eligere. Electo ergo illo qui Urbanus. vj. dictus est: ille vt fertur. dixit: q̄ si volebant eū eligere volūtariē eligerēt: q̄ intendebat esse papa. Publicato igit Urbano papa: et a cardinalibus ip̄s adorato et cōsecrato de cōsensu eorū ac principibus xpianitatis ac p̄ eos significato q̄ canonicē esset electus. Inde ad aliquot menses ip̄s recesserūt ab eo: et fugiētes ad ciuitatem fundensē qui est in principio regni ibi elegerūt aliu qui dictus est Clemēs. vj. q̄ trāstulit curiam suā in Auinionē: illūq̄ venerata est p̄ papa tota francia et hispania et catho- nia. Alteri hō. f. Urbano adhebit italia alemānia et vngaria: p̄seuerantq̄. hoc pessimus scisma vltra. xxx. annos. Cum ergo hic esset dubiū ex ignorantia factū q̄ exceptis cardinalibus et paucis alijs tūc p̄sentibus ceteri scire nō poterant si talia sic p̄cesserunt vel aliter cū dixerūt si diuersimode referret: et partim etiam ignorantia iuris: q̄ dubiū erat apud peritissimos: vtrū fuerit talis metus q̄ cadere posset in constantē virū vel nō: vel etiam q̄ post electionē habuerunt rōne ad recedendum et nō fecerunt: immo p̄ signa exp̄tella ostenderūt volūtariē et



libere facta electiones. In illo ergo scismate illi pprie erant scismatici qui scientes factum contra iura vel contra sciam faciebant ducti amore: vel odio: vel cupiditate: vel ambitione. Alii vero excusabantur etiam adherendo ei qui non erat verus papa quem tamen ipsi credebant verum. Et quis vna pars excusaret alteram tamen qui simpliciter inherebant excusari videbant. Durante vero illo scismate post Urbanum successit ex altera parte Bonifacius. ix. Bonifacio successit Inno. vi. et Inno. Grego. xij. ex alia parte Clemens successit Benedictus. xij. Sub his autem. Grego. xij. ex vna parte. et Benedicto ex altera factus est aliud scisma anno dñi. M. cccc. x. Nam recentibus cardinalibus ab utroque papa: et puenientibus Pisis palium celebrantibus depositis illis duobus: scilicet Grego. et Benedicto. sub eadem videlicet ratione dicebant scandalizare factum suo publico totam ecclesiam cum non vellent puenire in simul in aliquo vno loco ut pmisserant et iurauerant. demum creatus est Pisis Alexander papa qui fuit Petrus de cacia ordinis minorum: cui successit Job. xxiij. bononie electus. Et cum pene omnes reges et principes christianitatis dimissis Grego. et Bene. obedientiam dedissent Alexandro et successori suo: tamen adhuc maximum dubium erat utrum causa propter quam creatus fuit Alex. videlicet Grego. et Bene. scandalizabat ecclesiam esset vera. Nihilominus ex quacumque trium partium quicumque credebatur simpliciter suum verum papam: et non alios motus scientie dictamine paratus etiam adherere alteri si hoc sibi constaret excusatus creditur a vicio scismatis et sententis eius. Cuius signum est quod in qualibet obedientia erant multi peritissimi et sancti viri. Nam sub Urbano et Bonifacio fuit sancta Brigida et sancta Katherina de senis. Sub clemente et Benedicto ex alia parte fuit beatus Petrus de lucemburgo clarus miraculis. Sub Benedicto etiam fuit sanctus Vincencius de ordine predicatorum. Tandem congregato concilio constantie Grego. prefatus spore renii

ciavit per Karolum de malatestis suum in procuratorem. Jobes. xxiij. fugam arripuit: sed captus per imperatorem rediit et tandem depositus fuit. Benedictus etiam qui nec venire nec mittere voluit depositus fuit: ubi creatus fuit dominus Oldo de columna cardinalis: qui fuit Martinus papa. v. Quod est discordia civilis partialitatis: quoniam ciues relicto amore communis boni: commouentur etiam ad proprium commodum discordant adinuicem. Nam ut inquit Arist. ij. Politicorum. ciuitas quedam communitio est. et ibidem. Politica est ordo quidam inhabitantium ciuitatis. Quoniam ergo ciues non reguntur secundum ordinem nec sunt communitati: ad dissensiones veniunt. Tales sunt hodie quasi in omnibus ciuitatibus italie tyranni quidem: de quibus dici potest quod sapiens ait Prover. xxix. Voies pestilentes dissipant ciuitatem. et ut idem ait. xj. c. Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: et ore impiorum subuertetur. Impij equidem et partiales non reipublice: sed proprie utilitati semper inuigilant. Contra quos ait Cassiod. li. ij. eplary. Nobilissimi ciuis est patrie sue augmēta cogitare. et Zul. i. s. de officio. Oino qui reipublice presunt seruent duo precepta Platonis. Unum ut utilitatem ciuium sic tueantur: ut quecumque agunt ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum ut totum corpus reipublice curet nedum partem aliquam tueantur: reliquas deserant. Et enim tutela: sic procuratio reipublice ad eorum utilitatem qui commissi sunt: non ad eorum quibus commissa est gerenda est. Qui autem parti ciuium consulunt partem negligunt: rem preciosissimam in ciuitate inducunt seditiones atque discordiam. Vnde apud athenienses magne discordie oritur: et in nostra republica non solum seditiones: sed etiam pestifera bella ciuilia: que grauis et fortis ciuis in republica dignus principatu fugiet atque oderit: tradetque se totum reipublice neque opes aut potentiam conlectabitur: totamque eam sic tuebit: ut omnibus consulat: nec non criminibus falsis in odium aut inuidiam vocabit: oinoque ita iusticie honestatque adherescet: et ea



conseruet: Quis grauer offendat: mor-  
temq; appetat potius q̄ deserat illa q̄  
dicit: Miseria omnino est ambitio: bo-  
norumq; cōterio: de qua scilicet est apud  
eundē Platonē. hec ille. Nā & antiqui  
romani etiā propter rēpublicā domesti-  
cas iniurias dissimulabāt. Unde Vale-  
rius maximus li. iij. rubrica de modera-  
tione. Scipio tecitates hortatibus  
amicis: vt graue in administratiōe rei  
publice & emulū sibi vehemēter aduer-  
sariū: sed alioquin probū & ornatū virū  
qualibet ratione vel tolleret: vel submo-  
ueret: negauit se facturū: nec quē in tu-  
telā patrie bonus ciuis locus obtineret  
malus & improbus occuparet: seq; ver-  
benenti aduersario vigeri q̄ patriam  
egregio aduocato carere poptauit. In  
eodē libro Valerij & rubrica. Qui ex ini-  
micis iuncti sunt amicitia. Aliud refert  
exemplū. Emilius inq̄ lepidus his cō-  
sul & pōtifer maximus splēdoresq; horū  
par vite grauitate: diutinas inimicitias  
cum Fulvio flacco eiusdē amplitudi-  
nis viro gessit: quas simul vt censors  
renūciati sunt in campo deposuit existi-  
mans eos nō oportere priuatis inimici-  
tias dissidere qui publice summa iuncti  
essent potestate. O dānosum virus in  
ciuibus italie a diabolo disseminatum.  
Jam iā vbiq; partialitates abūdāt: p-  
pter quas omne bonū publicū penitus  
destructū est: & euersus oisq; iusticia cō-  
culcata & abiecta. Tertia est discordia  
importabilis societatis eorum qui infi-  
mul cōueniūt: aut in vna domo: aut in  
vicinia: aut in religione: aut in aula p-  
cipis: aut in quocūq; collegio: q̄ discor-  
dant: nec vnus alium recto oculo respicere  
valent eo q̄ nesciunt seruare regu-  
lam Pauli dicentis ad Ephe. iij. Cum  
omni humilitate & mansuetudine: cum  
patiētia supportates inuicē in charita-  
te: sollicitē seruare vnitatem spiritus in  
vinculo pacis. O infelix tēporis huius  
peditio in qua ad modicū tolerare soci-  
nescit socium: frater fratrem: proxim-  
num suum. Uix domus reperitur in q̄

non regnet diabolus discors: dicitur: vnde  
vt sic dicam aliqua congregatio eorum  
qui vocantur iusti. Vbiq; secte: vbiq;  
dissentiones: vbiq; voluntatū & opinio-  
narietas. O quantos decipit p-  
prio ppria & suspensius elata opinio: quod  
duas suas discordias: immo & odia igno-  
ta cōsiderat: formāt sibi conscientia  
cunctq; zelo & charitate odire ac discor-  
dare. Taceo qd̄ scio qd̄ vidi: quod v-  
tidie de multis q̄ sciti reputant expro-  
bitat ipse xps. Dixit em̄ Mat. xvij. Ubi  
fuerint duo vel tres cōgregati in no-  
mine meo ibi sum in medio eorū. & Eccl. iij.  
Sapiens notabiliter est locutus. In tri-  
bus inquit beneplacitum est sp̄i meo:  
que sunt pbata corā deo & hoibus. Cō-  
cordia fratrum: amor primorum: & v-  
yroz bene sibi cōsentientes.

Q̄ discordia offendit omne bonū ho-  
minis spirituale: scy corporale & tempo-  
rale.

**T**ertium mysterium de claranda  
de discordia dicitur offendit. Cō-  
sideranda bona.

Primum bonū sp̄iale.

Secundū bonū corporale.

Tertium bonū tēporale.

Primum bonū qd̄ offendit discordia  
citur sp̄iale bonum. scilicet. Nā nullū est  
peccatū adeo graue qd̄ discordantibus non  
fiat facile. Et illa siquidē pueniunt: re-  
rire: odia: inimicitie: & litas: cōtentiones  
mēdacia: periuria: blasphemie: bono-  
dia: obstinationes: & cōtēptua sarca-  
toz ecclie. Propter illā pleriq; p̄ am-  
& annos: nec cōfiteri nec cōscire curant.  
Propterea figurata est discordia p-  
stiam: de qua Job. Apoc. xij. ai. m-  
de mari. i. de amaro corde discordant  
bestia ascendente. i. discordia habent  
capita septē. i. septem capitalia vicia  
cornua decē. i. transgressionē decē p-  
proy: & sup cornua eius diademata de-  
cem. i. gloua de malo: qm̄ discordantes &  
partiales letantur in malo suis. Et ubi



bonū qđ offendit discordia dī corpora:  
le. Facit nāq; discordia cor discordatū  
triste: et vt dī Prover. xvij. Animus gau  
dens etatē floridā facit spūs tristis ex  
iccat ossa, et Ecclī. xxx. Jocūditas cordis  
hec est vita hoīs. Et iterū ibi. Ante tps  
senectā adducit cogitatus. Tertium bo  
nū qđ offendit discordia dī temporale.  
Et enim Salustius ait in iugurtino.  
Concordia parue res crescūt discordia  
maxime dilabunt. et Tullius de amicitia.  
Que domus tā stabilis: que ciuitas  
tam firma: que nō odijs et dissidijs fun  
ditus possit euerri. Patet hoc per expe  
riētā in romane reipublice desolatiōe.  
Cur destructa? Cur desolata? Cur ad ni  
hilum deducta romanorū gloria atq;  
potentia? Fatua certe fallax fuit opi  
nio eorū qui dixerunt romam desecisse:  
eo qđ ibi acceptatus sit cultus xpi: ob  
qđ indignati ipsorū dñi ciuitatē ipsam  
odio graui sunt persecuti. Et l. Aug. sa  
tis copiose contra sic dicentes disputet  
in li. de ciui. dei. An non desunt poete et  
historiographi qui dicunt romanorū re  
gnū amplissimū fore deperditū ppter  
ciuilia bella: ppterea Lucanus in prin  
cipio sui primi libri sic cantat. Bella per  
emathios plus qđ ciuilia cāpos. Iulq;  
datū sceleri canimus populūq; poten  
tem. In sua victricū conuersum viscera  
dextra. Cognatasq; acies et rupto federe  
regni. Certatū totis cōcussi viribus  
vobis. In cōmune nefas in festis obuia  
signis. Signa pares aquilas et pila mi  
niantia pilis. Quis furor o ciues: qđ tan  
ta licentia ferri? Sentibus inuisis latitū  
prebere cruores. Lūq; superba foret ba  
bylon spoliāda trophæis. Ausonijs: vni  
bracq; erraret crassus inulta. Bella geri  
placuit nullos habitura triumphos.  
Deu quātū terre potuit pelagicū para  
ri. Hoc quē ciuiles hanferunt sanguine  
dextre. Unde venit titā et norvbi sidera  
fundit. Quacq; dies melius flagrantib;  
estuat hoīs. Et qua bruma rigens et ne  
scia de remitti. Astringit scythicū gla  
ciali frigore pontum. Sub iuga iam se

rea iam barbarus esset erares. Et in. qđ  
li. idem ait: Summum brute nefas ci  
uilia bella fatemur. Qui igitur confide  
rat romane vrbis interitum de qua dici  
tur: Romanam quanta fuit ipsa ruina  
docet. Facile cognoscere poterit quāta  
sit discordie vis ad nocendū: ad perdē  
dum: ad destrūendum: et annihilandū  
omne regnū. Sed adhuc nobis se offe  
runt exempla tot florentissimarum ciui  
tatum italie: in quibus videntur palas  
tiorum ruine: desolationes viarū et pla  
tearum: paucitas populorū: et pustine  
dignitatis ac felicitatis antique omnis  
moda diminutio. O Bononia studiozā  
mī. O ianua regina maris. O parma.  
O esculum. O placentia. O assisium. O  
viterbium. O alie ciuitates et terre que  
discordijs et partialitatibus locū dedia  
stis. Ubi est glia vīa: vbi ppli multitu  
do: vbi antiq; diuitie? O discordia mali  
gna: O discordia detestāda? Propť illā  
nēpe ciuis isurrexit i cinē: frater in fra  
trē: amicus in amicū: et platee ciuitatū  
humano sanguine sunt madefacte: atq;  
indies ciuitatum condiciones deterio  
rate: eo qđ omne regnum vt dictum est  
in principio in seipsum diuisum desola  
bitur: qua desolatiōe liberet nos chu  
stus iesus dei filius qui cum patre et spi  
ritu sancto viuūt et regnat per infinita  
seculorum secula. Amen.

In Feria secunda post Oculi: de diuitijs  
a quarum cupiditate amoreq; inordina  
to retrahendi sunt penitentes qui cupi  
unt eternas et celestes diuitias possides  
re. Sermo. xl.



**I**ecerunt il

lum extra ciuitatem.  
Scribuntur hec ver  
ba originaliter Luce  
iij. c. et in euangelio  
hodierno. Horribile  
facta est audire qđ nazareni eiecerunt  
christum foras materialem ciuitatem.  
Sed multo magis detestabile est: qđ  
christiani ipsum de suo corde repellāt;